Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hoc unguentū nō uendidit trecētis denariis et da
tum est egenis Dixit autē hoc: nō quia de egenis
pertinebat ad eum: sed quia fur erat et loculos habens
ea que mittebantur exportabat Dixit ergo iesus
Sine illam: ut in diem sepulture mee seruet illud
Pauperes enim semper habetis uobiscū: me autē nō sem
per habebitis Cognouit ergo multa turba ex iudeis quia
illic est et uenerūt non propter iesū tantū: sed ut
lazarū uiderent quē suscitauit a mortuis Cogita
uerunt autē principes sacerdotū ut et lazarum in
ficerēt: quia multi propter illū abibant ex iudeis et
credebant in iesum Sequenti autē turba multa
que uenerat ad diem festū cum audisset quia ihs
uenit ierusalēm: acceperunt ramos palmarū et processe
runt obuiam ei et clamabant Osanna benedictus
qui uenit in nomīe dni rex israel: et inuenit iesus
asellum et sedit super eum sicut scriptū est Noli
timere filia sion: ecce rex tuus uenit sedens super
pullum asine Hec nō cognouerunt discipuli eius
primū: sed quando clarificatus est iesus: tunc re
cordati sunt quia hec erant scripta de eo: et hec fe
cerunt ei Testimonium ergo perhibebat turba que erat
cū eo quando uocauit lazarum de monumēto: et sus
citauit eum a mortuis Propter et obuiam uenit ei tur
ba: quia audierūt eum fecisse hoc signū Pharisei
ergo dixerunt ad semetipsos Videte quia nihil
proficimus Ecce totus mundus post ipm abiit:
Erant autē gentiles quidam ex hijs qui ascēderat
ut adorarent in die festo Hij ergo accesserūt ad
philippum qui erat a bethsaida galilee: et roga
bant eum dicentes Domine uolumus iesum uidere